Non enim vnum conſequens duorum: neque nouilunium, conſequens ſecundæ. Attiguum verò, quod conſequens tangit. Cæterùm cùm omnis mutatio in oppoſitis ſit, hæc verò contraria, ac contradictio, contradictionis verò nihil medium eſt, conſtat quod medium in contrariis eſt. Continuum ſanè, quoddam attiguum, aut tangens eſt. Dicitur verò continuum cùm idem fiunt, atque vnus, vtriuſque termini, quibus tangunt, & ſe continuant. Quare patet in his eſſe continuum, ex quibus vnum quiddam natum eſt ſecundum contactum fieri: quòd conſequens, primum ſit, conſtat. Conſequens nanque non tangit: hoc verò conſequens eſt, & ſi continuum eſt, tangit. Quod ſi tangit, nondum continuum eſt. In quibus verò non eſt tactus, in his non eſt cohærentia. Quare non eſt punctum idem vnitati. Nam illorum eſt tactio, harum verò minimè: ſed conſequenter: & illorum quidem eſt aliquid intermedium, harum verò minimè.

A οὐ γὰρ τὸ ἓν ἑξῆς τῶν δύο, οὐδ' ἡ νουμηνία τῆς δευτέρας. ἐχόμενον δέ, ὃ ἂν ἑξῆς ὂν ἅπτηται. ἐπεὶ δὲ πᾶσα μεταβολὴ ἐν τοῖς ἀντικειμένοις, ταῦτα δὲ ἐναντία καὶ ἀντίφασις, ἀντιφάσεως δὲ οὐδὲν ἀνὰ μέσον, δῆλον ὡς ἐν τοῖς ἐναντίοις τὸ μεταξύ. τὸ συνεχὲς δὲ ὅπερ ἐχόμενόν τι, ἢ ἁπτόμενον. λέγεται δὲ συνεχές, ὅταν ταὐτὸ γένηται καὶ ἕν, τὸ ἑκατέρου πέρας οἷς ἅπτονται καὶ συνέχονται. ὥστε δῆλον ὅτι τὸ συνεχὲς B ἐν τούτοις ἐξ ὧν ἕν τι πέφυκε γίνεσθαι κατὰ τὴν σύναψιν, καὶ ὅτι πρῶτον τὸ ἐφεξῆς δῆλον. τὸ γὰρ ἑξῆς οὐχ ἅπτεται. τοῦτο δὲ ἐφεξῆς καὶ εἰ συνεχὲς ἅπτεται. εἰ δ' ἅπτεται, οὔπω συνεχές. ἐν οἷς δὲ μή ἐστιν ἁφή, οὐκ ἔστι σύμφυσις ἐν τούτοις. ὥστ' οὐκ ἔστι στιγμὴ μονάδι ταὐτόν. ταῖς μὲν ὑπάρχει τὸ ἅπτεσθαι, ταῖς δ' οὔ. ἀλλὰ τὸ ἐφεξῆς· καὶ τῶν μὲν μεταξύ τι, τῶν C δ' οὔ.

ARISTOTELIS
METAPHYSICORVM
LIBER XII.
CAPVT I.

SPECVLATIO nobis de ſubſtantia eſt, ſiquidem ſubſtantiarum principia & cauſæ quæruntur. Etenim ſiue vt totum aliquid vniuerſum eſt, ſubſtantia, prima pars eſt: ſiue ex conſequenti, hoc quoque modo primum eſt ſubſtantia, deinde quale, poſtea quantum. At ſimul (vt ita dicam) nec entia ſunt iſta ſimpliciter, verùm qualitates, & motus: quemadmodum, non album, & non rectum. Dicimus nanque hæc quoque eſſe, veluti, eſt non album. Præterea, cæterorum nullum ſeparabile eſt. At hoc idem re ipſa teſtantur antiquiores: quippe qui principia, elementa, & cauſas ſubſtantiæ quærebant. Recentiores verò vniuerſalia magis ponunt eſſe ſubſtantias. Genera nanque vniuerſalia ſunt, quæ aſſerunt magis principia, atque ſubſtantias eſſe, propterea quòd logicè quærunt: antiquiores verò, ſingularia (vt ignem, & terram) non autem corpus commune. Verùm ſubſtantiæ tres ſunt: vna ſenſibilis, cuius quædam ſempiterna, quædam corruptibilis, quam omnes concedunt, veluti plantæ, & animalia. Sempiterna verò (cuius elementa, ſiue vnum, ſiue multa ſint, accipere neceſſe eſt) alia immobilis, quam aliqui ſeparabilem aiunt eſſe, quidam in duo diuidentes, quidam in vnam ponentes naturam

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ
τὸ Λ.
Κεφάλαιον α.

ΠΕΡΙ δὲ τῆς οὐσίας ἡ θεωρία. τῶν γὰρ οὐσιῶν αἱ ἀρχαὶ καὶ τὰ αἴτια D ζητοῦνται. καὶ γὰρ εἰ ὡς ὅλον τι τὸ πᾶν, ἡ οὐσία πρῶτον μέρος· καὶ εἰ τὸ ἐφεξῆς, κἂν οὕτω πρῶτον ἡ οὐσία. εἶτα τὸ ποιὸν ἢ ποσόν. ἅμα δὲ οὐδ' ὄντα, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ταῦτα, ἀλλὰ ποιότητες καὶ κινήσεις, ἢ καὶ τὸ οὐ λευκὸν, καὶ τὸ οὐκ εὐθύ. λέγομεν οὖν εἶναι καὶ ταῦτα, οἷον, ἔστιν οὐ λευκόν. ἔτι οὐδὲν τῶν ἄλλων χωριστόν. μαρτυροῦσι δὲ καὶ οἱ ἀρχαῖοι ἔργῳ. τῆς γὰρ οὐσίας ἐζήτουν ἀρχάς, καὶ στοιχεῖα καὶ E αἴτια. οἱ μὲν οὖν νῦν, τὰ καθόλου οὐσίας μᾶλλον τιθέασι. τὰ γὰρ γένη καθόλου, ἅ φασιν ἀρχὰς καὶ οὐσίας εἶναι, μᾶλλον διὰ τὸ λογικῶς ζητεῖν. οἱ δὲ πάλαι, τὰ καθ' ἕκαστα· οἷον πῦρ, καὶ γῆν, ἀλλ' οὐ τὸ κοινὸν σῶμα. Οὐσίαι δὲ τρεῖς· μία μὲν, αἰσθητή· ἧς ἡ μὲν ἀΐδιος, ἡ δὲ φθαρτή, ἣν πάντες ὁμολογοῦσιν, οἷον τὰ φυτὰ, καὶ τὰ ζῶα. ἡ δ' ἀΐδιος, ἧς ἀνάγκη τὰ F στοιχεῖα λαβεῖν, εἴτε ἕν, εἴτε πολλά. ἄλλη δὲ ἀκίνητος. ταύτην φασί τινες εἶναι χωριστήν· οἱ μὲν εἰς δύο διαιροῦντες, οἱ δὲ εἰς μίαν φύσιν